

certis pactis inferius declaratis, et homines eiusdem terre, affectarent ipsum in civem habere sub pactis eisdem, cum intersit rei publice loci cuiuslibet bonorum omnium numero et facultatibus augmentari, In nostri presentia dictus Georgius ex parte una, et Iudex Iacob medicus, syndicus eiusdem terre Corneti, ad hoc specialiter constitutus, nomine et pro parte Universitatis eiusdem terre ex parte altera ad infrascriptas convenciones, et pacta in mutatione deveniunt, videlicet predictus Georgius animo et corpore constituerit se de cetero esse Civem predictae terre Corneti, et dictus Syndicus nomine et pro parte Universitatis eiusdem terre recepit eundem in Civem terre predictae, Ita quod predictus Georgius de cetero tamquam Civis possit libere vendere et emere in terra predicta et eius territorio, ac mercari de quibuscumque rebus et mercibus sicut consuetum est inter cives terre predictae, preterquam in frumentis et ordeo in quibus liceat ei ex convención predicta emere in terra predicta et eius pertinentiis tamquam Civis anno quolibet totius subscripti temporis frumenti salmas ducentas, et ordeï salmas centum, tantum et non plus, et si contingerit eundem Georgium anno quolibet temporis infrascripti maiorem quantitatem frumenti et ordeï emere in terra predicta et pertinentiis eius ex convención eadem, domino seu Baiulo suo Ius plateaticum sicut advena solvere teneatur, hinc ad tres annos completos, a predicto die in antea numerandos, et anno quolibet temporis predistincti teneatur conferre et solvere cum hominibus ipsius terre vel cui homines mandaverint ipsi, tam in generalibus sub omnibus et aliis exactionibus sive donis. que pro Curia Regia in dicta terra Corneti, quam in quibuscumque exactionibus solutionibus, imprestationibus, que per dominos et alios homines ipsius terre imponerentur, pro quacumque causa et quocumque nomine tarenos auri duodecim, tantum et non plus ponderis generalis, In pecunia argentea. Et dicta Universitas servabit ipsum indempnem